Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

turbatu est cor meu. Memor fui dierum
antiquorum: meditatus sum in omnibus operibus
tuis in factis manuum tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad te: anima mea
sicut terra sine aqua tibi. Velociter
exaudi me dne: defecit spus meus. Non
auertas faciem tuam a me: et similis ero
descendentibus in lacum. Auditam fac mihi
mane miam tuam: quia in te speraui. Nota
fac mihi viam in qua ambulem: quia ad
te leuaui aiam meam. Eripe me de ini-
micis meis dne ad te confugi: doce me
facere voluntatem tuam quia deus meus es
tu. Spiritus tuus bonus deducet me
in terram rectam: propter nomen tuum dne
viuificabis me in equitate tua. Edu-
ces de tribulatione aiam meam: et in miseri-
cordia tua disperdes omnes inimicos meos.
Et perdes omnes qui tribulant aiam
meam: quoniam ego seruus tuus sum. Gloria p. An.
In veritate tua exaudi me dne. Ps. Deus
misereatur. An. Illuminet vultum suum super nos. Ps.
Domine audiui auditionem tuam: et
timui. Dne opus tuum: in medio